



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Eminentissimo Et Reverendissimo Ecclesiæ Principi Et Cardinali, Francisco
Albicio, Honoratvs Fabri Nestoris Annos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)



EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO ECCLESIAE
PRINCIPI ET CARDINALI,
FRANCISCO
ALBICIO,
HONORATVS TABRI NESTORIS ANNOS.

H E ab hinc annis, brevissimum, opinione Probabili,
O cum, tibi nuncupaveram cardinalis Eminentif-
time, quod cum deinde adoles illudque longiori luctu-
bratio att. anectendum esse putarim,
alteri certe, quam Tibi, totum Opus, qualecumque tan-
dem sit, inscribendum esse, non duxi. Habes in eo morales
aliquot dissertationes, seu verius concertationes, cum doctissimis huiusce tem-
poris Scriptoribus, à me ultro susceptas, tum ad gravissimos Societatis nostrae
Auctores, ab eorum seu calumniis, seu argumentis, vindicandos; tum ad ea
refutanda, quae ipsi, ut veritati minimè consentanea, perperam adstruxerunt:
nam, ut mucro mucrone concertando repellitur, ita hic in adversarium iusta
defensionis jure torquetur. Sedebis igitur Princeps doctissime, nobilissimus no-
stra huius concertationis Agonotheta, nec non sapientissimus dissertationis, et
totius causae Iudex: Partes Tuo iudicio stabunt: pronuntiabis de victoria, judi-
cabis de corona; nullus enim, opinor, de his, aut aequius pronuntiet, aut judicet
prudentiùs; cum reverà, nec rerum illarum Te peritiorè, nec qui acriore iudicio
polleat, habeamus. Alias ego partes prudens reticeo, quibus tum à natura et
indole, tum ab arte et studio abundè sanè instructus es; nimirum omnigenam
illam, et variam rerum optimarum copiam, seu copiosam et uberè varietatem,
cumulatissimam utriusque Juris scientiam, clarissimam rerum Ecclesiasticarum
notitiam, vastissimam sacrae et prophanae eruditionis sylvam, divinam prope-
modum ingenii vim; mirabilem, tum scribendo, tum dicendo, facundiam, pe-
ctus illud intrepidum et inconcussum, in adstruenda, sustinenda, vindicanda,
auctoritate, libertate Ecclesiastica, quam Innocentius moriens impensè Tibi
commendavit; in frangenda haeticorum protervia, arcendisque ab Ecclesia
errorum monstris; incredibilem illam in rebus agendis prudentiam, in explo-
randis, sagacitatem, in explicandis solvendisque solertiam, in componendis
industriam, subtilitatem in penetrandis, mirificam demum in perficiendis et

adoptatum exii.

Christianus orbis ^{perducendis} felicitatem: hac omnia lubens reticeo, qua
facultatem ac dotem, ^{versus in te miratur;} ut singularem illam recti iudicii
citra omnem assentatio. ^{certè mirificè polles,} suspiciam: Illud ego unum,
non dubito: nullum unqu^{am} ^{à qua longissime absum,} asseveranter asserere
literariis ^{et} politicis, sacris, ^{et} profanis, humanis atque divinis, civilibus
^{et} Canonicis, sentiret sanius, ^{utius disputaret, melius judicaret:} Appel-
lamus igitur hoc loco sacrum ^{et} incorruptum tui iudicii tribunal, eique
concertationes nostras, atque adeo ^{usam} nostram subicimus: tua senten-
tia, citra omnem appellationem, stabit ^{us} ultro, si ve illa nobis, uti spero, si ve
adversariis nostris, quod tamen vix crediderim, fauveat; stabimus, inquam,
tua sententia, stabunt etiam Adversarii nostri, cum sanè omnium optimam
^{et} aequissimam esse constet; quod certè nisi faciant, vel inde, plenissimè con-
futati censebuntur, quod tuo iudicio, juxta atque nobis adversari videan-
tur. Quod ad me spectat, nihil est, quod dicam cum vix unus sit, qui nes-
ciat, quid tibi ego sim, id est, quot ^{et} quantis nominibus tibi obstrictus atque
devinctus: quid etiam tu mihi, quem pro tua humanitate singulari semper,
immo ^{et} tenera quadam benevolentia, quamvis immerentem, benignè com-
plecti dignatus es, quasi non iam mihi Domini ^{et} Patroni, sed optimi Patris
loco esses: enitar profectò, quoad vixero, non par quidem pari referre: Quis
enim ego sum? sed te summa quadam observantia ^{et} ardentissimo totius cordis
affectu enixè prosequi. Lugduni Segusianorum, pridie Kalendas Augusti,
anno 1669.

PRÆ